

roboraverat, nunc iterata donatione liberaliter confirmamus in perpetuum. Et quia ea, que geruntur in tempore, evanescent cum tempore ab hominum memoria, si indiciis litterarum non eternantur, hanc paginam scribi de hoc facto sigillique nostri impressione, ut ratum et inconvulsum omni evo permaneat, firmiter fecimus roborari, testibus, qui huic
 5 donationi intererant, subnotatis, quorum nomina sunt: Hugo prepositus de Monte sanctę Walburgis. Hermannus prepositus in Sulze. Guntherus decanus. Lüdewicus scolasticus. Giselbertus cantor, Fridericus custos sanctę Marię in Erfordia. Fridericus filius domne Guthe. Fridericus de Arnesbere, Heinricus de Sancta Cruce, Cünradus de Sunthusen. Fridericus Cancer, Albero, Hugo canonici eiusdem ecclesię. Ditmarus sacerdos de
 10 Erfordia. Theodericus capellanus lantgravii. Cünradus capellanus lantgravię. Theodericus comes de Berka. Liberi: Albero de Vipeche. Vdelricus de Tullestete. Ministeriales: Rudolfus pincerna de Vargla. Fridericus et Wolferus de Driuurthe. Heinricus marscalcus de Ekehartesbere. Berthous dapifer et frater eius Cunemundus de Slatheim. Heinricus de Kornre. Ekkehardus de Sumeringen. Hermannus de Nusezin. Iremfridus de
 15 Sumeringen et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo octavo, indictione prima; datum per manum notarii nostri Heinrici in Mosebure decimo septimo kal. iunii.

(S.D.)

412.

20 *Landgraf Heinrich genehmigt mit Zustimmung seiner Mutter Sophie und seiner Gemahlin Elisabeth, sowie seines Bruders Konrad, die von seinem verstorbenen Bruder, dem Landgrafen Ludwig, dem Kloster Ichtershausen gemachte Schenkung von 5 Hufen zu Riethnordhausen. Mosebure, 1228 Mai 16.*

Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha QQ I f. 19^a. S. verloren. Phot. H. St. A.

Gedr.: Regest bei Rein, Thuringia sacra 1, 79.

25 *Anm.: Empfängerhand.*

:In nomine sanctę et individue trinitatis.: Heinricus dei gratia Thuringię lantgravius et Saxonie comes palatinus universis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus pacem et salutem in perpetuum. Ex suscepti sollicitudine moderaminis domino deo et precioso martiri | Georgio recognoscimus nobis imminere, quod ecclesiis infra principatum nostrorum terminos constitutis debeamus pervigilem curam gerere et contra
 30 quelibet adversa nostre clipeum defensionis sagaciter opponere. Notum itaque fieri volumus omnibus Christi fidelibus, quod ad petitionem venerabilis prepositi Theoderici et sanctimonialium et fratrum in Vchtrichishusen ex consensu predilectę matris nostre Sophie, uxoris nostre Elisabeth, fratris nostri Cünradi et universorum coheredum nostrorum,
 35 sicut frater noster beatę memorię Lüdewicus lantgravius nobis et iam dicto fratre nostro Cünrado consentientibus ipsis contulerat ac sigilli sui appositione roboraverat iterata donatione liberaliter conferimus, ut, quicquid iuris habuimus ratione hospicii vel cuiuslibet alterius rei in quinque mansis habitis a memorato conventu in villa Rietnorthusen, libere prorsus ab omni inquietatione possideant in perpetuum. Huius igitur iteratę